

Name:
Teacher:

400 Language Revision Sentences

Agreement of nouns and adjectives

1. novus consul omnes amicos salutabat.
2. nauta bonus consilium audax habet.
3. servus miser in medio flumine stabat.
4. iter lentum totam noctem faciebamus.
5. parvus puer magnos pedes habebat.
6. templum ingens in foro Romano aedificatum est.
7. cives stulti equum infelicem in urbem suam traxerunt.
8. quot ianuas habet villa ingens?
9. senex clarus librum brevem olim scripsit.
10. liberi fortes ad summum montem advenerunt.

Adverbs

1. milites nostri fortiter pugnabant.
2. ancillam iterum dormientem inveni.
3. pueri laborem facile confecerunt.
4. servus pecuniam domini fideliter custodiebat.
5. ille senator irate surrexit.
6. nuntius regis forte advenit.
7. urbem hostium frustra oppugnavimus.
8. puella me laete salutavit.
9. muri postea deleti sunt.
10. senex mihi breviter respondit.

Comparative and superlative adjectives

1. uxor senatoris pulcherrima erat.
2. hic puer stultior est amico.
3. illud templum maximum omnium est.
4. milites Romani fortiores sunt quam ceteri.
5. cenam optimam mihi parate, servi!
6. peius vulnus numquam vidi.
7. murus meus altior est quam tuus.
8. iter facillimum esse videtur.
9. femina plus pecuniae habet quam maritus.
10. portam minimam tandem inveni.

Comparative and superlative adverbs

1. puella celerius cucurrit quam frater.
2. dominus servum saevissime punivit.
3. hic puer audacius respondit quam ceteri.

4. librum tuum quam celerrime invenire conabor.
5. nemo fortius pugnavit quam dux noster.
6. haec domus pessime aedificata est.
7. talia nunc saepius accidunt quam antea.
8. nonne puellam quam clarissime loqui iussisti?
9. servos meos laetius laudo quam punio.
10. ubi minime progredi videmur, saepe progredimur maxime.

Personal pronouns and possessives

1. ego vinum bibo, tu aquam.
2. amicus noster mox adveniet.
3. illa femina et maritum suum et pecuniam eius amabat.
4. quid tu in bello fecisti, pater?
5. regina 'ego et maritus' inquit 'vos salutamus'.
6. puer se in silva celavit.
7. fratrem tuum in foro conspexi.
8. pecuniam eis dare volo.
9. ubi villam vestram aedifi cabitis?
10. putavi me eam antea vidisse.

This and that

1. hic cibus pessimus est.
2. cur illam puellam salutavisti?
3. nuntius, postquam haec dixit, statim discessit.
4. servum capere conabar. ille tamen effugit.
5. senator his verbis nobis persuasit.
6. illud iterum audire nolo.
7. hi mortui sunt ut ceteri viverent.
8. hunc servum in horto laborantem conspexi.
9. pars huius itineris difficilis erit.
10. cenam illi seni paravi.

Self and same

1. rex ipse subito intravit.
2. eadem in foro semper audio.
3. eandem puellam heri iterum conspexi.
4. verba senatoris, non senatorem ipsum, laudare volo.
5. et Romani et hostes eodem die profecti sunt.
6. librumne ipsa scripsisti, domina?
7. omnes captivi eodem modo necati sunt.
8. fi lii eiusdem patris sumus.
9. nonne putas idem semper accidere?

10. nuntius dei ipsius adest.

Relative pronoun and clause

1. nuntius quem heri audivimus iterum adest.
2. ubi est puella cuius librum habeo?
3. amicum quaero qui semper fidelis erit.
4. ei qui festinant saepe cadunt.
5. captivus cui cibum dederam postea fugit.
6. hic est gladius quo rex necatus est.
7. milites a quibus servatus sum mox iterum videbo.
8. felices sunt servi quorum dominam amo.
9. omnes qui Romam venerunt redire volunt.
10. librum inveni sine quo nihil facere possum.

Less common pronouns

1. quis praemium accipere vult?
2. nauta captus nihil dixit.
3. hoc consilium stultum est, sed aliud non habeo.
4. nonne donum quoddam accepisti?
5. nomen pueri nemo scit.
6. intravit quidam donum ferens.
7. alter consul Romae semper aderat.
8. inveni quendam cenam meam consumentem.
9. cui hunc librum dabo?
10. unum equum quaero; ceteri iam adsunt.

Prepositions (i)

1. filia regis inter captivos inventa est.
2. vita nihil sine labore hominibus dat.
3. villam prope flumen aedificare nolo.
4. iuvenis cum fratre profectus est.
5. multas per terras iter fecimus.
6. senex pro ianua templi sedebat.
7. audesne trans mare hoc tempore navigare?
8. de monte descendere coacti sumus.
9. corpus circum muros urbis tractum est.
10. servus ex horto effugit.

Prepositions (ii)

1. ille contra amicos patriamque pugnavit.
2. amici in tabernam intraverunt.
3. quid in templo invenisti?
4. ab insula regis scelesti celeriter navigare volebam.

5. senex post cenam in horto sedere solebat.
6. multis post annis bellum cum eisdem hostibus gessimus.
7. cur ad forum festinatis, cives?
8. dei omnia vident quae sub caelo accidunt.
9. maritus sub terram iter fecit ut uxorem reduceret.
10. miles propter virtutem laudatus est.

Prefixes and compound verbs

1. imperator tandem redire constituit.
2. mox ad insulam adveniemus.
3. homines scelesti Roma expulsi sunt.
4. pueri libros abicere volebant.
5. in urbem captam ingressi sumus.
6. quando pecuniam meam reddes?
7. pater huius puellae diu aberat.
8. cives in forum exierunt.
9. flumen transire conabamur.
10. liberi in via convenerunt.

Verb tenses

1. nuntius nunc castris appropinquat.
2. amicos nostros cras videbimus.
3. servi in agro multas horas laborabant.
4. illum librum olim legi.
5. alii iam advenerunt, alii mox advenient.
6. equum inveni quem antea vendideram.
7. tres dies navigabamus; postridie terram conspeximus.
8. si hoc iterum facies, ego te puniam.
9. in ea villa diu habitabam.
10. urbs Roma manet semperque manebit.

Irregular perfect and pluperfect tenses

1. senator omnes e foro exire iussit.
2. puellam inveni quae epistulam miserat.
3. pater mihi pecuniam dedit.
4. nihil de hac re antea cognoveram.
5. consul locuturus surrexit.
6. cives qui Roma discesserant tandem redierunt.
7. nonne deus quidam caelum sustulit?
8. nemo equum aquam bibere coegerat.
9. multi pueri cucurrerunt; pauci ceciderunt.
10. quod alios libros non intellexeram, hunc scripsi.

Very irregular verbs

1. nemo arma in foro fert.
2. urbs quae valida fuerat nunc deleta est.
3. ego iter facere volo; tu domi manere mavis.
4. nemo laborem conficere potuerat.
5. cur vinum in hortum tulisti?
6. nuntius 'victoriam' inquit 'in proelio habemus.'
7. nova verba cognoscere coepi.
8. tale donum accipere nolumus.
9. pecunia mea ablata est.
10. senes in templum nunc eunt.

Passive: agent and instrument

1. puer fortis ab omnibus laudabatur.
2. imperator gladio necatus est.
3. haec femina a turba spectari vult.
4. servi scelesti a domino punientur.
5. urbs olim ab hostibus capta erat.
6. milites qui capti erant postea effugerunt.
7. vinum a senibus in taberna bibebatur.
8. multi libri ab amico meo scripti sunt.
9. hi muri tempore non delebuntur.
10. portae a militibus fortiter custodiebantur.

Deponent and semi- deponent verbs

1. omnes templa Romae mirati sunt.
2. prima luce proficisci constituimus.
3. ego celeriter ambulare soleo.
4. miles vulnus grave passus mox morietur.
5. verba nuntii intellegere conabar.
6. cives, ubi de victoria audiverunt, maxime gavisi sunt.
7. dux nos hortatus est ut regrederemur.
8. quis nobis respondere audebit?
9. hostes multas horas sequebamur.
10. hic senator scelestus est sed bene loquitur.

Direct commands

1. laborem tuum confice, ancilla!
2. nolite cibum nostrum auferre!
3. alteram epistulam quam celerrime scribe, serve!
4. novas copias statim parate!
5. da mihi plus vini!
6. si potestis, pecuniam celate!

7. arma fer! iter fac!
8. audite verba nuntii, cives!
9. noli contra amicos pugnare!
10. domi mane! noli timere!

Direct questions

1. quando domum redibis, pater?
2. tene in foro heri vidi?
3. ubi est gladius meus?
4. nonne haec verba intellegitis?
5. quis vinum meum bibit?
6. cur eundem librum semper legis?
7. quot captivi in castris inventi sunt?
8. num villam vendere vis?
9. quo festinas, amice, et quid petis?
10. quomodo senator tot civibus persuasit?

Numerals and time expressions

1. puer novem fratres habet.
2. mille milites decem annos pugnabant.
3. post cenam dormire solebam.
4. imperator duas legiones in magnum periculum duxit.
5. amicus meus quinque diebus Romam veniet.
6. multis post annis illum librum iterum legi.
7. per totam noctem navigabamus; prima luce ad insulam advenimus.
8. multa dira illo anno acciderunt.
9. centum equi in agris erant.
10. tres puellae a sene docebantur.

Time clauses

1. ubi clamores audivimus, auxilium statim tulimus.
2. cives, postquam urbs capta est, perterriti erant.
3. ubi de hac re plura audies, dic mihi!
4. puer dum domum ambulat clamorem in via audivit.
5. ubi Romam adveni, domum amici quaerere coepi.
6. femina, simulac epistulam accepit, statim respondere constituit.
7. postquam tantum cibum consumpsi, nihil aliud agere poteram.
8. multi, ubi pecuniam habent, putant se felices esse.
9. ubi hostes tandem superabimus, omnes gaudebimus.
10. servi postquam laborem confecerunt dormire cupiebant.

Because, although and if clauses

1. huic ancillae credo quod semper fi delis est.

2. si me iterum videre vis, da mihi plus pecuniae!
3. pueri laeti erant quamquam diligenter laborare debebant.
4. quod saevus est, dominus noster timetur.
5. quamquam saevus est, dominus noster amatur.
6. puer stultissimus erat si hoc fecit.
7. quod gladium non habeo, pugnare non possum.
8. si hanc epistulam accipies, statim responde!
9. illum servum vendidi quod vinum abstulerat.
10. ancillam emere nolo nisi bonam cenam parare potest.

Conjunctions and connecting relative

1. cibum atque vinum emere volumus.
2. femina quam olim amaveram rediit; quam iterum visam libenter salutavi.
3. tempestas heri fuit. itaque navigare non poteramus.
4. nuntius verba regis nuntiavit. quibus auditis, cives laetissimi erant.
5. hic puer nihil intellexit. stultus enim erat.
6. consilium habeo. quod ubi audies, miraberis.
7. in foro manere debetis. nam imperator mox adveniet.
8. servum de scelere rogavi. ille tamen nihil dixit.
9. milites nostri terra marique vicerunt. quod cum cognovissemus, gavisus sumus.
10. dominus iratus erat. ancilla igitur in horto se celavit.

Paired words

1. alter frater rex factus est, alter ex urbe discessit.
2. hic servus et malus et stultus est.
3. alii in taberna bibebant, alii domum redierunt.
4. alter consulum exercitum duxit, alter in urbe manebat.
5. verbis nuntii et credo et faveo.
6. puella nec laeta nec misera esse videtur.
7. aliae naves deletae sunt, aliae navigare possunt.
8. et fortis et fieri delis esse volo.
9. alii alia de imperio Romano dicunt.
10. neque tempus neque artem habeo.

Participles

1. domum currens in via cecidi.
2. imperator urbem captam incendere constituit.
3. nuntius discessurus magnos clamores audivit.
4. pueri per viam ambulantes puellam salutaverunt.
5. femina epistulam lectam marito tradidit.
6. seni auxilium petenti pecuniam dedi.
7. navem Romam navigaturam conspeximus.

8. servus fugiens a domino captus est.
9. hanc ancillam lacrimantem inveni.
10. villam aedificaturus agrum emi.

Ablative absolute

1. rege adveniente, quidam clamare coepit.
2. consule de victoria locuturo, omnes tacuerunt.
3. his verbis dictis, senator e foro discessit.
4. ad tabernam cibo consumpto ire debeo.
5. te duce hostes vincemus.
6. omnibus rebus paratis, iter faciemus.
7. labore confecto, domum redibo.
8. num scelus civibus spectantibus accidit?
9. exercitu profecturo, nuntius appropinquans conspectus est.
10. epistulis scriptis, in viam egressus sum.

Indirect statement (i)

1. puer dixit servum in horto dormire.
2. miles hostes appropinquare nuntiat.
3. cives audiverunt navem principis advenisse.
4. sciebam hanc feminam ab omnibus laudari.
5. liberi laborem facilem esse mox cognoscent.
6. omnes credebant nuntium bene dixisse.
7. portam ab hostibus oppugnari videmus.
8. audivimus hunc locum optimum esse.
9. dominus servum fugisse intellexit.
10. scitisne bellum ibi geri?

Indirect statement (ii)

1. puella respondit se nihil in via vidisse.
2. urbem deletam esse audivimus.
3. spero matrem donum mihi missuram esse.
4. dux custodum captivos fugisse cognovit.
5. sentio quendam me sequi.
6. ancilla promisit se cenam optimam paraturam esse.
7. nuntius rettulit exercitum superatum esse.
8. putasne tempestatem silvam delevisse?
9. credimus hanc ancillam fuisse delissimam esse.
10. multi nesciebant templum incensum esse.

Purpose clauses

1. omnes ad forum festinaverunt ut verba imperatoris audirent.
2. ego in taberna manebam ne verba imperatoris audirem.

3. pater laborabat ut liberi cibum haberent.
4. currebam ut domum celerius advenirem.
5. servus in silva se celabat ne a domino inveniretur.
6. ancilla cibum emere debebat ut cenam pararet.
7. exercitus missus est ut auxilium civibus ferret.
8. Romam redire constitui ut amicos iterum viderem.
9. captivi a milite custodiebantur ne nocte effugerent.
10. puer prope portam manebat ut puellam salutaret.

Other ways of expressing purpose; uses of dum

1. puer prope portam manebat ad puellam salutandam.
2. dum per silvam ambulamus hominem mortuum invenimus.
3. femina domi manere constituit ad epistulas scribendas.
4. cives in foro expectabant dum imperator adveniret.
5. ancilla tabernam intravit ad cibum emendum.
6. navis dum Romam navigat tempestate deleta est.
7. senator surrexit ad cives de periculo belli monendos.
8. matres ad portam manebant dum nuntius rediret.
9. agrum emi ad villam aedificandam.
10. puella librum legere constituit dum omnia verba intellegeret.

Verbs of fearing

1. servus timebat ne a domino videretur.
2. timebam ne custos me vocantem non audiret.
3. senex periculum itineris timebat.
4. omnes timebamus ne urbs ab hostibus oppugnaretur.
5. num times in illam silvam ire?
6. liberi timebant ne numquam adveniremus.
7. nihil de exercitu nostro audiveram, sed iterum rogare timebam.
8. puer timebat ne domi relinqueretur.
9. puella timuit ne clamor senem terreret.
10. femina olim timuerat ne spectaretur; postea timebat ne non spectaretur.

Indirect commands

1. dominus servo imperavit ut celerius laboraret.
2. senator turbam tacere iubebat.
3. pater filiam monuit ne huic puero crederet.
4. puella patri persuasit ut pecuniam sibi daret.
5. imperator suos hortabatur ut pro patria fortiter pugnarent.
6. rex servos liberari iussit.
7. domina ancillis imperavit ut cibum atque vinum pararent.
8. pueri domum ire iussi sunt?
9. senex omnes rogavit ne in templo loquerentur.

10. cives deos oraverunt ut auxilium urbi ferrent.

Result clauses

1. puella tam diligens erat ut omnia de hac re cognosceret.
2. captivus adeo clamabat ut a custode audiretur.
3. servus tam lente laborabat ut dominus eum puniret.
4. hortus villae tantus erat ut plures servos emere cogere.
5. adeo timebamus ut dormire non possemus.
6. puer tam celeriter cucurrit ut praemium acciperet.
7. senex tot libros habebat ut maiorem domum quaereret.
8. tanta erat tempestas ut omnes naves delerentur.
9. senator ita locutus est ut cives ei crederent.
10. liber tam bene scriptus erat ut omnes intellegere possent.

Cum clauses

1. cum nox esset, nihil videre poteramus.
2. cum nihil audivissem, imperatorem de proelio iterum rogavi.
3. senex, cum epistulam uxoris accepisset, multo laetior erat.
4. cum domina irata esset, ancillae laborantes tacebant.
5. cives, cum nuntius victoriam narravisset, diu gaudebant.
6. cum montem ascenderem, exercitum appropinquantem vidi.
7. cum Romam advenissem, forum templaque spectare constitui.
8. cum dominus dormiret, servi ad tabernam iverunt.
9. liberi, cum nihil facere deberent, laeti erant.
10. cum domum rediissem, de itinere nostro saepe cogitabam.

Indirect questions

1. militem rogavi num de victoria audivisset.
2. dominus servum rogavit cur non laboraret.
3. liberos rogavi quo festinarent.
4. dux mox cognovit quot milites abessent.
5. puerumne rogavisti ubi pecuniam celavisset?
6. puellam rogavimus quid ibi faceret.
7. custos nesciebat quomodo omnes captivi effugissent.
8. senem rogabam num cibum haberet.
9. difficile erat cognoscere quis epistulam scripsisset.
10. ancilla rogata est num pecuniam abstulisset.

Words easily confused (i)

1. libertus novem novos libros liberis dedit.
2. in summo monte tandem sumus.
3. viam per totam vitam invenire conatus sum.
4. de verbis quae cognovistis cogitare cogemini, pueri.

5. senex nos monebat ne prope flumen maneremus.
6. dominus, quod domina donum rogaverat, novam domum aedificavit.
7. villam habeo, sed Romae habitare malo.
8. servus primo post ianuam iacebat; postea libros in flumen iaciebat.
9. miles fortis forte advenit et portam fortiter custodivit.
10. ubi regem conspexi, totam rem ei narrare constitui.

Words easily confused (ii)

1. imperator nunc abest, sed heri aderat: hic est locus ubi locutus est.
2. hostes subito de monte descenderunt et statim discesserunt.
3. tandem profecti sumus; lente tamen progressi sumus.
4. per silvam solus ambulare soleo.
5. hi milites, ubi verba imperatoris audiunt, omnia facere audent.
6. ancilla cibum emere vult ut cenam pararet.
7. alter mons altior, alter difficilior est.
8. ubi gladium capio, pugnare cupio.
9. senex uxorem hortatus est ut in horto sederet.
10. dux noster multos hostes vicit et multos annos vixit.

Words easily confused (iii)

1. iter ad insulam iterum facere volo.
2. imperator dicit se optimos milites ducere.
3. femina laeta est quod trans flumen lata est.
4. malo pecuniam bono servo quam malo liberto dare.
5. amicus a taberna ridens rediit et pecuniam mihi reddidit.
6. senator semper ita loquitur; itaque saepe a civibus laudatur.
7. arma quae portare potui pro porta posui.
8. simulac Romam advenimus, amicos simul discessisse cognovimus.
9. servos equum mortuum per agrum trahere et domino tradere iussimus.
10. hic miles, qui olim pugnare timebat, nunc omnes oppugnans terret.

Words with more than one meaning (i)

1. ubi est puella quam heri conspexi?
2. pueri per vias quam celerrime currebant.
3. quam longum est iter nostrum!
4. quam longum erat iter vestrum?
5. iter quod facere debemus longum est.
6. quod iter longum facimus, multum cibum portamus.
7. quando adveniemus ad locum ubi antea habitabamus?
8. exercitus ad insulam missus est ad hostes capiendos.
9. iuvenis cum fratre Romam advenit.
10. iuvenis, cum frater advenisset, Romae manere constituit.

Words with more than one meaning (ii)

1. servus celeriter laborabat ut laborem conficeret.
2. servo imperavi ut celeriter laboraret.
3. servus tam celeriter laborabat ut a domino laudaretur.
4. servus, ut antea dixi, celeriter laborabat.
5. servus celeriter laborabat ne a domino puniretur.
6. servo imperavi ne in agro dormiret.
7. servus, quamquam celeriter laborabat, timebat ne a domino puniretur.
8. laborasne, serve?
9. num in agro dormiebas, serve?
10. servum rogavi num in agro dormivisset.